

pro nobis
ortis nostræ.

Horas inci-
mmencement

; R. Et os

a intende;
estina.

ia.)
o Alleluia
es, au lieu

glóriæ.
alleluia in
Responso
ajoute par
Antiennes

Dóminus
María.

AD MATUTINUM.

3

Psalmus 94.

Venite, exultémus Dómino, jubilémus Deo
salutári nostro: præoccupémus faciém ejus
in confessióne, et in psalmis jubilémus ei.

Ave, María, grátiá plena: Dóminus tecum.

Quóniam Deus magnus Dóminus, et Rex
magnus super omnes deos; quóniam non
repéllet Dóminus plebem suam, quia in manu
ejus sunt omnes fines terræ, et altitúdines
móntium ipse cónspicit.

Dóminus tecum.

Quóniam ipsíus est mare, et ipse fecit illud,
et áridam fundavérunt manus ejus: veníte,
adorémus, et procidámus ante Deum: ploré-
mus coram Dómino qui fecit nos, quia ipse
est Dóminus Deus noster: nos autem pópulus
ejus, et oves páscuæ ejus.

Ave, María, grátiá plena: Dóminus tecum.

Hódie si vocem ejus audiéritis, nolíte ob-
duráre corda vestra, sicut in exacerbatióne,
secúndum diem tentatiónis in desérto, ubi
tentavérunt me patres vestri, probavérunt et
vidérunt ópera mea.

Dóminus tecum.

Quadragínta annis próxímus fui generatióni